Nider, Johannes: Sermones de tempore et de sanctis cum quadragesimali
[Reutlingen: Michael Greyff], [ca. 1480] 



Incipiũt ſermones de ſanctis. Reuerendi patris. fratris iohannis Nider ſacre theologie pfeſſoris ordinis pdicatorum.

In feſto beati Andree apoſtoli Sermo primus. 1

Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum. Math. iiij. Tria pricipaliter ſunt dicẽda. Primo beati andree vocatio eſt p euangelia declaranda. Secũdo priuilegia beati andree ſunt recitanda. Tercio ea ĩ quibus eum ſequi debeamus ſunt annumeranda. A Quantum ad primũ notandum q andreas et petrus. et alij quidam diſcipuli xpi ſunt ter per chriſtũ vocati ꝛ in qualibet vocacõe ad ſpeciale donũ ſunt inuitati. Primo ad fidem ꝛ ſpecialem xpi noticiam et amicitiam. de quo in vigilia id ē heri euangeliũ legebatur. Joh. j. Secũdo ad xpi diſcipulatum. Lu. v. Vbi p miraculum de piſcium captura mirabili. petrꝰ iacobus et iohannes. ſunt vocati et relictis omnibus ſecuti ſunt ieſum. Tercio ad eiꝰ apoſtolatũ vbi thema. De prima vocaciõe nota ſꝫm euãgelij hiſtoriã. Joh. j. In illo tempe ſcꝫ quo xpc a iohãne baptiſatus iam erat nouiter Nam ab eodem iohanne chriſtꝰ tria teſtimonia habuit B Primo phibuit ioh. teſtimonium chriſto coram ſacerdotibus et leuitis qui miſſi dixerũt. Tu es qui venturꝰ es an alium expectamus. Secundo coram turbis qꝛ ſequẽti die vidẽs ieſum ait Ecce agnus dei ecce qui tollit ꝛc̃ Tercõ coram diſcipulis. Vnde dicit ĩmediate ante pñs euangeliũ iohannes euãgeliſta Altera die id ē tercia pꝰ. ſtabat iohãnes. Poſtea ſequitꝛ q ieſus ambulabat quia iohannes nullum ſignum faciens manere debuit. Et xpc circumire miracula faciendo. ex diſcipulis eius duo ſꝫm Chriſo. Plures fuerunt ſed duo acquieuerunt voci iohannis. Alij ſurda aure audierũt. qꝛ zelotipe diligebant iohannem in tm̃ vt ex inuidia interdum mouerẽt queſtiones contra chriſtum et diſcipulos eius C Videns inquit ieſum ambulantem cum alijs quia frequenter venit ad iohannem teſtimonium recepturus propter alios Ecce agnus dei Agno aſſimilatur quia ſicut quotidie agnus ĩmolabatur pro peccatis purgandis ita chriſtus in cruce ſemel et quotidie in ſacramento eucariſtie Et audierunt eum duo videlicet efficaciter non alij Conuerſus autem ieſus vidit. ſequentes enim duo chriſtum corporaliter. ei loqui non audebant propter reuerentiam. ideo chriſtus dando occaſionem eis loquendi interrogat dicens. Quid queritis qui dix. Vbi habitas vt te poſſimus ſcꝫ ſepiꝰ viſitare. Dicit venite et videte. Non dicit eis domum nec vicum. ne p̃ueniant eum. ſed ducit ſecum quia delicie eius eſſe cum filijs hominum. Venerunt et viderũt et manſerunt vſqꝫ in craſtinum per totam noctem. Hora autem erat quaſi decima videlicet diei artificialis. qđ addit vt oſtendatur quantam curam chriſtus habuit tam ſero circa aliorum cenaꝫ. auidos docere in ſapientia dei. Similiter et diſcipuli cõmendantur qui tpe quo